

Q.K.  
421,  
5.

X 1503364

II n  
4227

I. N. J.  
EX  
HISTORIA AUGUSTANA  
DE  
S. ULRICO,  
EPISCOPO,  
GLIRIUM EXPULSORE,  
P R A E S I D E  
M. GODOFREDO LUDOVICI  
BARUTH. LUS. ALUMN. ELECT.  
*ad diem 17. Octobr. A. 1693.*  
IN ACADEMIA LIPSIENSIS  
H. L. Q. C.  
CUM ERUDITIS DISSERET  
BENEDICTUS Gullmann / AUGU-  
STA-VINDELICUS  
AUTOR-RESPONDENS.

---

L I P S I Æ.

YRIS JOH. CHRISTOPH. BRANDENBURGERO.





# CONSPECTUS MATERIÆ.

§. I.

**E**xhibet occasionem dissertationis. §. II. Recenset scriptores rerum Augustanarum. §. III. Varia de Augustâ memoranda, qvæ materiam Dissertationis dare potuissent, ex allatis scriptoribus memorat. §. IV. Reddit rationem, cur præsens thema præ aliis placuerit. §. V. Multos Udalricos celebres recenset. §. VI. Udalricum, de quo Dissertation agit, qvoad stirpem & ejus biographos describit. §. VII. Sistit visiones & qvædam de Ulrico notatu digna. §. IIIX. Controversiam pertrahat, quo tempore vixerit Ulricus. §. IX. Seculi ejus faciem depingit. §. X. in laudes ejus excurrit. §. XI. de epistolâ Ulrici ad Nicolaum Papam loquitur. §. XII. amorem ejus in Augustam extollit. §. XIII. Miracula ejusdem, qvæ contigere post mortem, & §. XIV. Miracula, qvibus vivus inclaruit, recensent. §. XV. Canonizationis meminit. §. XVI. Miraculū expulsione glirium addit. §. XVII. Judicat de Autoribus, qvorum Auctoritate hoc factum confirmatur. §. XIIIX. de dono miraculorum agit. §. XIX. Qvosdam miraculis claros notat. §. XX. de Auctoritate Historicâ differit, qvæ in miraculo Ulrici deesse videtur. §. XXI. de mediis disqvirit, qvibus Ulricus glires expellere potuisset. §. XXII. Iustius seculi media excommunicandi adducit. §. XXIII. Hæc Ulrici pietati adversari putat. §. XXIV. pietati & precibus Ulrici mavult adscribere tale miraculum. §. XXV. Annaturalibus de causis defectus hic glirium adsit, certas obrationes decidere renuit.

A 2

I. N. J.



I. N. J.

§. I.



Ccasio hujus dissertationis unica erat Academicum exercitium. Istud autem cum primū in DEI gloriam, pōst patriæ, quæ est Augusta Vindelicorum, Evangelicæ veritatis scatebria, elogio Schappii in Apol. p. 205. vergere debebat honorem, thema pariter de rebus patriis eligendum mihi esse, existimabam.

§. II. Actis igitur factisque Augustanis visis & revisis, varia recenseri, quæ materiam differendi suppeditarent, vidi. Ut enim Weckius Dresdensi, Heidenreichius & Schneiderus, Peifferusq; Lipsiensi, Schmidius Cygneô, Langius Citizeni, Lambecius Hamburgenſi, Spangenbergius Mansfeldicô, Lossius & Bunting. Lüneburgenſi, aliiq; Chronicis & Originibus urbium inclaruere; ita & Augustæ felicitas ea contigit, ut scriptas de se historias legere queat. Ita Vir in omni vitâ literarum amantissimus (ut de Eo loquuntur Lipfenses in Actis Erudit. Anni 1682. p. 169.) Marcus Velserus, Patritius Augustanus, de rebus Augustanis 8. libros edidit, qui tūm seorsim impressi sunt Venetiis Anno 1594. tum inter opera ejus Historica & Philologica sacra & profana reperiuntur, quæ novissime accurante Christoph. Arnoldi Noribergæ 1682. prodie. Conf. Acta Erud. c. I. & hos ipsos in civitatis honorem Engelbertus Werlichius in compendium quasi rededit, Chronicô Germanico Anno 1595. Francofurti ad Mœn. editô; Verum cum laudatus Velserus ad annum modò DLII. in enarrandis rebus Augustanis progressus sit, ex Achillis P. Gasseri de Lindau, Medic. D. & Physici Augustani Chronicô Latino Germanici secundam partem consignavit Wolfgangus Hartmann; Reperitur & Chronicón Augustanum Ecclesi-

clesiasticum Autore *Sigismundo Religioso*, Anno 1483. conscriptum quod in *Iob. Pistorii Scriptorum Germ.* T. III. p. 589. edit. Francof. Anno 1607. cernere licet. Nec minus *Stengelius* rerum Augustanarum scriptor per celebris est; Majus verò Augustani Chronicorum volumen, ad quod toties Sigismundus provocat, ut edatur, cum *Pistorio* adhuc hodie optamus.

### §. III.

Hæc, inquam, evoluta multam differendi occasio-  
nem suppeditabant. Inveniebam tot recenseri antiquitatis  
monumenta, (multam tamen & in multis fidem desiderari dice-  
rem) uti sunt imago Cisæ ad D. Ulrici, altare ex Jesuitarum  
Collegio effossum, monumentum ad D. Ulrici, sub Michaelis  
Archangeli atrio, aliaque; incidebat planè illustre Ecclesiasticæ  
Augustanæ antiquitatis monumentum, conversio nimirum. S.  
Afræ & puellarum ejus; quid quod conatus fermè essem *celsissimæ*  
*stirpis Fuggerianæ* stemma sistere, splendor nisi ejusdem me avoca-  
set; Comitia Augustana, litigium circa Calendarium, saga in  
turri Minoritarum depicta, quæ Attilam à finibus Augustæ re-  
traxit, Bibliotheca & in eâ M̄sta, atque picturæ menti obvenie-  
bant. Sed & de his partim alii jam egerunt, præprimis quod  
postremum attinet, Bibliothecæ rebus eruditio orbi inservit.  
*Dn. Magnus Rector Augustanus meritissimus*, partim meum non  
est, tantas componere lites.

### §. IV.

Præsens thema præ cæteris placuit. Quippe & id *αξιον*  
*μόνευσον* est, Augustam præ aliis urbibus hâc ipsâ felicitate emine-  
re, quod in cā non inveniantur glires, noxium illud & terrifi-  
cum animal, teste *Georgio Stengelio in Mund. Theorit.* P. II. c. 51. §.  
13. ubi hæc narrat: Isenaci pudica matrona glirem peperit,  
quia ex vicinis aliquis gliri nolam appenderat, ad cuius sonitum  
reliqui fugarentur; is occurrit mulieri gravidæ, quæ, ignorarei,  
subito occursu, & aspectu gliris ita est conterrita, ut fœtus in  
utero degeneraret in formam bestiolæ. Sed S. Uldarici gratiam  
hôc in passu patria extollit, quippe qui tantō malō eandem li-  
berasse creditur felicissime. Verū de hôc ipso aliquantum fu-  
fius agendum erit.

A 3

### §. V.



## §. V.

Equidem multi penes Historicos Ulrici celebres sunt, verum  
hi ipsi nostri non sunt consangvini, sed tempore atque ætate ab  
eo maximè differunt; puta: *Ulricus ab Hutten in Franciâ*, Poëta &  
Orator egregi⁹, qui Lutheri seculo vixit, & multa in Principes, multa  
pro eo contra Pontifices, multa etiam in Magistrat⁹ scriptis. Mikræl.  
Syntagm. L. III. S. II. p. 792. **ULRICUS**, qui fuit A.D. 1330. Episcop⁹ Au-  
gustanus, Pontificibus Avenionensibus valde infensus, ut etiam in  
epistolio quodam Pontificem, Joannem XXII. appellaverit animal  
istud ex mari ascendens. Hartm. Chron. c. VI. p. 101. **Uldaricus** Baro de  
**Castel**, Uldarici I. Successor XXXIX. Episcopus Constantiensis, hu-  
ius nominis II. Circa illius Episcopi annos à Nativitate Domini  
**M C XXIX**. Heinricus Dux Bavariæ magno cum exercitu Con-  
stantiam obsedit, cui Episcopus unà cum civibus armatâ vi re-  
stitit, in crastinum certis datis pecuniis bellum finitum fuit, &  
Dux sine damnis illatis discessit; *Chron. Constant.* quod in *Pistor.*  
*Scriptor. rer. Germ.* T. III. habetur. **Uldaricus** comes de Sulz vixit  
Anno 1473. Id. p. 402. **Uldaricus**, comes de Wirtenberg, qui in bel-  
lo cecidit, claruit 1386. **Uldaricus**, Episcopus Albanensis; floruit  
circa annum **M LXXI**. **Uldaricus** comes de Montphort, in claruit  
1473. **Ulricus**, comes de Ledzenburg innotuit 1155. Imprimis cele-  
bris est **Ulricus** fundator Monasterii Albæ Augiæ, de quo *Brusch.*  
pag. 10. in *Tr. de Monaster.* *Germ.*

## §. VI.

Ast hic *Huldericu*, de quo nobis sermo est, fuit Episcopus  
Augustanus, natus è Comitibus illustribus de Kiburg & Dillin-  
gen, cùm ob alia pietatis specimina, tūm ob visiones cœlestes valdè  
clarus. Ita loquitur de eo tūm *Caspar Bruschius* in *Chronologia Mo-*  
*naster. Germ.* p. 105, tūm *Job. Mikræl. Syntagm. L. III. Sect. I.* p. 509. *Conf.*  
*& Browerum de Sanctis Germaniae & citatum Bruschium de Episcop.*  
*Germ.* Hinc delineaturus stirpem Comitum de Dillingen & Ki-  
burg Hieron. Henniges hanc ponit tabulam:

Theo-

Theobaldus, Comes Dil. Menegoldus  
lingensis occisus A. C. 955. Comes de Aug<sup>st</sup>  
 Richardus, Comes Werden Ki.  
 Dillingensis & Ki.  
 burgensia,  
 burgensis.  
 Hugobaldg Comes de Aug<sup>st</sup>  
 Werden.  
 S. Ulricus in S. Galli monaste-  
 rio à Wamungo abate educa-  
 tus, ab Adelberone patruo in-  
 formatus, ab Heinr. Aucupe  
 in episcopum Aug. electus. A. C.  
 923. † A. C. 973. s. Julii atatis  
 sua 83. sepultus in templo S.  
 Afræ, quod postea ab ipso no-  
 men accepit.

Vid. ejus opus Genealogicum p. 294. & p. 261. ubi & hos Comites ex  
 stirpe Habspurgensium Comitum ortos esse perhibet: Et hujus  
 Udalrici vitam, tres ante Sigismundum Religiosum stylo tradiderunt,  
 uti ipse confitetur in Chronico August. Ecclesiast. c. X. Primus  
 quidam Udalrici familiaris sacerdos; Post Præpositus S. Mariae sim-  
 pli diffusoque stylo, quod Cunradus Episcopus successor post  
 tempora ejus cernens, vir literaturæ magnæ, orsus est eam alio, sed  
 nimis acuto stylo, nec tamen finem operi imposuit: Tandem mo-  
 nachus de Augia majori novam contexuit; Addimus nos ex  
 Stengelii Mund. Theor. P. III. c. 34. n. II. vitam ante D. Martini  
 Lutheri tempora, Augustæ in lucem editam fide utique an-  
 tiquam.

## s. VII.

Diximus de visionibus, quibus Ulricus noster inclaruisse dicitur,  
 quarum & aliquas recensere hic non abs re erit. Visionem aliquando  
 habuit in nocte antecedente diem sanctum cœnæ Domini, qua-  
 si in somnio audiens vocem sibi loquentem: Udalrice, Episcope  
 sciaste hodie hospites esse suscepturum. Ex pergefactus, qui es-  
 sent illi hospites cœpit cogitare. Cum a. dormiret, loquentis  
 sibi verba audivit: orationes tuas & eleemosynas oculi domini  
 conspexere, & ideo binis Antecessoribus tuis Fortunato & Adal-  
 beroni es commendatus, ut tibi hodie & post hinc in istis sacris  
 solennitatibus sacra mysteria celebranti assistant, & ea tecum be-  
 nedicant

nēdicant. Mane a. factō, aliis, sicut mos est, peractis mysteriis, circumstantibus ministrorum ordinibus, cum sacramenta consecraret, ipse & quidam de circumstantibus devotiores viderunt dextram Domini cum eo sacramenta consecrare, & signum crucis imponere, quibus, quia per spiritum eos sciebat, cum viaticum ab eo accepturi accederent, digitum ori superposuit, ut de visione tacerent, quibus m. postea ad se vocatis, quæ ei nocte dicta sunt, secreto nunciavit, & præcepit, ut eo vivente neque visa, neque ab eo secreta audita alicui manifestarent, si præsentem adhuc vitam habere vellent. *Surius ad A. 920. p. 78.* Et hoc divinum somnium ei attribuunt, quo Arnoldum Bavorum ducem, Henrico quondam rebellem, viditensem capulo carentem gestare. Cujus ipse somni commodus interpres fuit, conjectans, nullo illum successu imperatori se oppositorum, atque ideo, ut pacem bello anteferret, veniamque exposceret, auctor existens, Vid. *Comp. Histor. Eccles. Gotb. L. II. c IV. Secl. II. p. 530.* Hunc, inquam, nostrum Huldericum esse dicimus, qui crebris ac stupidis miraculis clarescens, ita, ut quasi nundinarum quotidie esset dies, Augustam fecerit populoam, exteras etiam attraxerit gentes. uti *Sigism. Relg. L. II. c XI.* scribit. Quis fuit vigesimus primus Augustæ episcopus, cui etiam, cum adhuc in Cœnobio esset S. Galli, & Weringii S. Noëtri discipuli & successoris scholam frequentabat, à piâ moniali, Wibberatâ, non solum de Episcopali præminentia, verum etiam quod multæ rerumq; calamitates, in eâ illi perferendæ sint, dictum fuit *Harim. Chronic. P. II. c III. p. 28.* Iste Huedericus est, de quo B. Lutherus hanc recenset historiam *Tom. IX. Opp. c. XX. p. 547.*

Man sagt von S. Ulrich / daß er einen armen Bettler soll unterhalten haben / welcher alle Tage für ihn hat bitten müssen. Es soll sich aber zugetragen haben / daß sein Hoffmeister des Bettlers auf einen Tag vergessen / und ihm sein Theil Speise nicht gegeben hat / derohalben soll der Bettler das Gebet auch haben liegen lassen. Dieweil nun S. Ulrich am selben Tage etwas Schaden gesitten / und in Fahr kommen war / fraget er den Bettler / ob er

an



an dem Tage nicht hätte für ihn gebeten? da saget der Bettler:  
nein / und setzt die Ursach darzu / es habe ihm der Hoffmeister  
dieselben Tages nichts zu essen geben / da habe S. Ulrich den  
Hoffmeister gestraft / daß er ihm mit selner Rarekeit des Ge-  
bets beraubet hätte / das der Bettler solt für ihm gethan ha-  
ben / der Hoffmeister aber habe zu ihm gesagt / lieber / wie  
hoch achtestu es wol / daß man ein Pater noster betet? Da  
habe ihn S. Ulrich gen Rom geschickt / daß er daselbst fragen  
solte / wie hoch ein Vater unser zu halten? darauf habe ihm der  
Pabst geantwortet / ein Vater unser wäre wol eines Pfen-  
nings werth / da aber des der Hoffmeister gelachet / habe der  
Pabst zum andern mal geantwortet / er achtet einen Guldens  
werth / und zum dritten mal hat er geantwortet / es vermöge  
die ganze Welt nicht / daß sie mit all ihrem Geld und Gut ein  
Vater unser bezahlen könnte.

### §. IIIX.

Maxima adhuc est controversia de tempore, qvō noster Huldericus vitam degerit. Joannes Wolfius in suis lectinibus memorabil. dicit eum vixisse Ao. 900. ætatis suæ 83. seqvutus cum Frisiō Aeneæ Sylviis. Pii II. Pontificis sententiam, qui in suâ Germaniâ scribit de S. Hulderico: vixisse eum anno 900. qvo m. uti Jacobus de Voragine in aurea legendâ c. 202. disertè scribit, & omnes ferè historici consentiunt, obierit. Natus ergo esset ao. 817. ad episcopatum a. promotus earundem historiarum communi consensu anno ætatis 50. claruisset anno 867. vel circiter, & primo sui Episcopatus, & ultimo Pontificatus Nicolai primi ad ipsum epistolam ipsam memorabilem de cœlibatu sacerdotum scripsisset; Surius in vita ejus (Uldarici) autumat, eum natum esse anno 890. ex religiosis & nobilibus parentibus, patre sc. Hupaldo, & matre Thetpirgâ nuncupata; qui solito more lactatus, & summo studio nutritus,

B

qvam.

quamvis statura 'corpusculi elegans', tali tamen 'macilentiâ confectus erat, ut nutritoribus verecundia esset, si aliquis ignoratorum faciem ejus inspexisset. Mirantibus vero patre & matre, qvare tantâ tenuitate & infirmitate corporis occuparetur, & sâpè inde cogitantibus, hebdomada interim duodecima ejus nativiratis quidam ignotus clericus casu adveniens, supplicabat, ut ab eis aliquantos dies in hospitium susciperetur, qvi benignè receptus, & cum eis in atrio domus suâ hora reflectionis sedens, audiebat in cubiculo infantulum vagientem, sciscitabatur quis aut cujus esset, præ pudore vero maciei illis nolentibus indicare, dixit, si salvum illum esse cipiatis, celeriter ablactetur. Qui parvi pendentes ejus locutionem, eum lacti non subduxerunt. Alterâ vero die iterum audiens eum dixit, qvare non fecistis secundum consilium meum, qvi adhuc contemnentes ejus consilium non considerunt ei. Tertiâ a. die audiens vagitum ejus infirmorem quamantea, dicebat ad eos: pro incuriâ vestrâ perditioni traditur infantulus iste, pro certô sciatis qvia si uberibus non subtrahitur, in istâ nocte morietur; si a. subtractus salvabitur, in posterum à domino aliqvid magnum ineo manifestabitur. Tunc demum ei obtemperantes aliis eum escis sustentare cœperunt: qvi statim recreatus de die in diem proficiens, talem corpus formositatem accepit, ut ipsi sui parentes gratantes eum intuerentur. &c. *Micrelius* recenset, eum in seculo IX. vixisse, & contra Papæ impietatem esse testatum. *Sigismundus Religiosus* in *Chronico Aug. Eccles.* refert: eum vixisse sub Henrico Aucupe, qvi etiam illnm ad episcopalem dignitatem elegerit, & dececessisse hâc vitâ, anno 973. sub Ottone II. *Chronic. Aug. Hartm.* eum refert ad Annum 925. & ad dignitatem episcopalem pervenisse dicit sub Henrico, quam etiam per annos quinqaginta obtinuisset. In *Centuria X. Magdeburg. c. X.* refertur, eum Ao. 925. defuncto Hiltno, ad occupandum Augustanum Episcopatum revocatum fuisse,

fuisse. En! diversas sententias. Nos *Gwilhelmo Cave* firmis-  
simis nisi rationibus fidem habemus, qvi ita: qvod S. Hul-  
dericus natus fit circa annum 817. in Collegio Vanningo S.  
Galli, deinde sub Adalberto Antistite Augustano educatus,  
ab ipso Romam missus fuerit, eo vero interea temporis defun-  
cto in episcopum Augustanum renuntiatus fuisset, ni æta-  
tem immaturam causatus esset. Tandem post Hiltinimor-  
tem tum Imperatoris, tum Canonicorum consensu Eccle-  
siæ illius Antistes factus fuerit circa annum 860. Ecclesiam  
suam per XL. annos magnâ cum laude gubernarit, & Roma-  
no Pontifici cœlibatus jugum sacerdotibus suis imponenti au-  
toritate suâ atque eruditione fortiter restiterit, Obiit Ao.  
circiter 900. *Vid. Cave Histor. literar. Sec. IX. p. 555.* Malè igit-  
tur *Pantaleon de Viris illustr. Germ. P. II. p. 52.* illum ad annum  
931. refert, pejori errore *Vincentius Bellovacensis* anno demum  
964. obiisse tradit. Animadvertis autem lector, alium fuisse  
*Udalricum s. Hulricum* Episcopum etiam Augustanum, qvi  
episcopatum iniit, anno 924. obiit 973. vel paulo post; ut  
Germanorum annales disertè testantur. Unde nil mirum  
hunc cum nostro plures temere confudisse. *Conf. ejusd. Cave*  
*Chartoph. Eccles. p. 1920.*

### §. IX.

Tempora hæc, qvibus S. Udalricus floruit, valde erant  
periculosa & bellis funesta; Ecclesia Christi navicula ferè ru-  
pibus allisa naufragium fecisset, & lumen veritatis, in pau-  
cis piorum cordibus adhuc summans, fermè obscuratum & ex-  
tinctum fuisset. *Micr. Syntagm. L. III. Sect. I. secul. IX. qv. V.*  
p. 481 Regnabat malitia pontificum, qvi sacerdotibus uxores  
ducere interdicebant, & certis cibis abstinere jubebant, qvi-  
bus Udalricus, ut & antecessor ejus summis viribus se oppone-  
re atque veritatem defendere, non erubuerunt. Prioris præ-

B 2

primis

primis est memorabilis epistola', qvam de hâc re ad Nicolaum primum scripsit. In republica varia sunt orta bella. Ipse vir s. ob odium, àte trarchis qvibusdam Bavariæ obsidet ur in castro Menhingen; in hoc bello multa mala civitati nostræ Augustæ acciderunt: nam, ut aliqui memorant, ipsa in his turbis à Duce Bavariæ Arnoldo fuit infestat atqve despoliata. Hungari etiam tûm temporis in Germaniam irruperé, & Bugo-thus eorum Rex Augustam obsedit, atqve devastavit. Referunt hæc ad hujus Ulrici tempora *Surius*. Ao. 1100. n. X. 116. *Hartm. Chron.* P. II. c. 3.

### §. X.

Nihilò minùs' Huldericum rem semper strenuè gessisse, & Regimini Ecclesiastico ritè docteꝝ per annos quinquaginta præfuisse, dicitur. *Chronic. Germ. Aug.* Admiramus Viri sum-mam magnanimitatem in rebus adversis, prudentiam in periculis, patientiam in ærumnis. Vitamejus, si quis contem-platur, apparebit exinde auctoritas, facta si ponderantur, elucescat ejus gravitas.

### §. XI.

Quod ad ejus scripta attinet, unicum tantùm reperimus, nimirum Epistolam, quam ad Nicolaum I. Pontificem de cœlibatu scripsit. Edidit illam in lucem *Johann. Wolff. Memo-rab. Lect. T. I. p. 141.* inter *Orthodoxographa prius excusam p. 481.* & ad calcem *Calixti de Conjug. Cleric.* Non minima tamen adhuc est disceptatio num etiam hoc scriptum sit genuinum? Nos af-firmativam statuimus, & quid D. *Chemnitio* aliisque placuit, merito etiam nobis placet, præprimis cum sciamus, magni olim istam à Conjugii Clericalis defensoribus habitam esse, adeo ut, teste *Bertholdo, Constantiensi Gregorius VII.* Anno 1079. coactâ

coactâ Romæ Synodo, istud Hulderici scriptum nominatim  
damnarit. Ex hoc ipso epistolio autem apparuit, quantis curis  
spartam ornaverit suam. Sicut vigil excubias agit, ne hostis  
in civitatem aliquid mali tentare audeat, & eam invadat; sic  
etiam noster Huldericus maximè se in industrium & vigilantem  
præbuit, ne hæreses in Ecclesiâ oriatur. Cum itaque Nico-  
laus I. Pontifex aliquid moliretur, quod S. Scripturæ contrari-  
um erat, & sacerdotibus loco conjugii jugum imponere stu-  
deret, literas summâ vehementiâ, auctoritate atque gravita-  
te ad eum dare non erubuit, ubi cum fideliter adhortatur, ut  
ab hâc malitiâ abstineret ne scandalum tantum Ecclesiæ fieret.  
Argumenta ejus, quibus illum invadebat, hæc erant: In  
V. T. Dominus sacerdotum conjugium constituit, in N. T.  
non legitur interdixisse; Christus & Paulus affirmant, non  
omnes posse capere consilium continentia; Paulus expressè  
dicit: Episcopi & Diaconi sint unius uxoris viri; melius esse  
nubere, quam uri. *Vid plura in Chemn. Histor. de cælibatu Sacerd.*  
*p. 509. Conf. Kromayerum in Apostasiâ Rom. Ecclesiæ.*

## §. XII.

Eius res gestæ si omnes commemorandæ nobis essent,  
oblearum multitudinem tam tempus, quam charta defice-  
ret. Nos potiorum duntaxat & graviorum rerum mentio-  
nem sumus facturi. Invenimus autem imprimis, eum tanto  
in civitatem Augustam flagrasse amore, ut multa eidem be-  
nignè fecerit. Ecclesiam, quam vocant S. Johannis, ædifi-  
cavit; Monasterium nobilium virginum in eolo, ubi Otto  
M. Ungarorum fuderat exercitum, in perpetuam rei memori-  
am extruxit, quod Stephani nomine dixit: eo quod Ungaro-  
rum Rex in bello ab Ottone captus, & ab Ulrico baptisatus  
idem nomen acceperit. De Ulricô hœc hæc recensent. *Cent.*  
*X. Magd. p. 604. Chronic. Aug.* Templum S. Afræ, extra urbem  
satum

situm, & sepimentis planè circumdata renovavit. Dicunt, eundem Huldericum, civitatem Augustam amplificâsse, & prædictam S. Afræ ecclesiam cum suburbio, ad meridiem sitam, quod idcirco, nonnullis sic referentibus, Oberstadt vocatur, mœnibus cinctissæ. Erga pauperes liberalem se exhibuit beneficiumque, ac eos sæpius convivas habuit, plurimis ægrotis invalidisque pristinam recuperavit sanitatem atque valetudinem. *Surius Anno 920, u. III p. 79.*

### §. XIII,

Verum enim vero, ut & nunc ad ejus perveniamus miracula, & illorum quædam spectemus, multa variaque enumerantur, quæ non solum, cum adhuc in vivis esset, verum etiam post mortem, edidisse fertur. Inter ea, quæ post mortem, & præprimis ad ejus monumentum contigere, narratur etiam hoc: Cæcus quidam, cum valde parvulo ductore ad sanctum locum hyemali tempore pergere vellet, qui cum Smutturam fluvium transgrederetur, & ad longum rivulum de fonticulis congregatum super viam decurrentem veniret, ductor ejus ei auxilium præbere non potuit, sed frigore & lassitudine fessus, defectis viribus, cecidit. Cæcus autem ductore cadente, magnâ curâ & tristitiâ per decursum rivali cum baculo undique palpando ambulavit, & magnâ voce clamando ad S. Mariam, S. Afram, & ad S. Servum DEI Uldaricum, adjutorium & misericordiam sibi dari intentâ voce flagitavit, cumque sic palpando & clamando penè usque ad finem rivuli veniret, Dei donante clementiâ subito opertis oculis lumen aspexit, & regrediens ductorem suum levavit, & usq; ad sanctum sepulchrum, omnipotentem DEUM & sanctos ejus laudando portavit; ibique manifestè clericis & omnibus præsentibus, quæ ei in viâ acciderant, recitavit. Item fuit quædam matrona in Francorum provinciâ prædives & nobilis,

qvz

quæ à diabolo divexata nimiè laborabat. Ad cuius liberatio-  
nem quinq; Episcopicum aliis plurimis convenerunt, qui cum  
diabolum orationibus & obtestationibus urgerent, ut obsessum  
corpus dimitteret, clamans & ejulans dixit; nisi aliquid de rebus  
episcopi Udalrici huc venerit, propter vestrum præceptum,  
possessum vas non dimitto. Cumq;e iterum atq;e iterum,  
responsa iteraret, decreverunt ut legatos Augustam mitte-  
rent, qvò aliquid acquirerent de rebus Episcopi. Interim verò  
cum hæc inter se arbitrarentur, clamavit diabolus per os ma-  
tronæ, vñ mihi, vñ mihi, hicin civitate est presbiter unus,  
qui habet humerale qvod fuit præfati episcopi: qvamvis non  
sponte, sed DEO jubente nominavit presbyterum & locum,  
ubi habitavit. Cumq;e accessitus presbyter cum humerali  
veniret, anteq;am domum intraret, dæmon dixit: Vñ, vñ,  
nunc venit humerale episcopi. His dictis clamando & do-  
lendo, corpus matronæ valde fatigatum, reliquit. Ita *Surius*  
scriptor Pontificius ob fabulas satis notus.

#### §. XIV.

In vitâ etiam multa miraculosè egisse, ajunt, unum atq;  
alterum tantum recitabimus. Cum qvodam tempore ad col-  
loquium imperatoris ad Ratisponam civitatem navigando per  
Danubium venire decrevisset, nautis incautè agentibus, na-  
vis ligno forte importunè conjuncta, aquis repleta immersi-  
onem omnibus minabatur. Perturbati vero omnes, & timo-  
re perculsi, ad littus magno studio navem perducere festi-  
narunt. Navi vero aridâ adductâ, qvæ infra erant, ad littus  
portaverunt, illius vero episcopi in posteriori rostro sedentis,  
obliti sunt. Unus interea clericorum, Mesi nominatus, ma-  
gno stupore attonitus dixit; Heu! nobis miseris, qvia seni-  
ori nostro in isto periculo adjutores non fuimus, & his di-  
ctis currens per profunditatem aquæ, qvæ in navi fuerat  
congre

congregata , assumtis brachiis episcopi , evexit cum extra navem ; omnibus itaque ex positis , & illo novissime egresso , navis in posteriori parte profunditati demersa est. Quid mirum , si navis onusta eo insedente marginon potuit , sed eo jubente super aquam stetit , qui beato Petro Apostolo undas maris ad superambulandum propriâ voluntate firmavit ? sic non ex suâ conditione , sed ex meritis in eâ fidentis , navis interim super aquas natare cogebatur , donec cunctis stipendiis & oneribus relevaretur , pottea vero immersa nunciabatur . Imò , ut jam supra dictum est , cœcos illuminavit , dæmones ab obsessis corporibus effugavit , paraliticos curavit . Ita iterum Surius Anno 920 . n . XIIIX . p . 87 . penes quem fides sit .

## §. XV.

Hæc beneficia ut compensentur , dies noctesque meditabatur Luitolfus Episcopus Augustanus ; nefas enim ducebant , ea omnia frustra & absque ullâ remuneratione facta fuissent . Ea propter hoc conatu Romam adierat , Summum Pontificem super eâ re consulturus , à quo , prius tamen libro gestorum S. recitato , Huldericus sanctorum catalogo ad scriptus est : ( quo honore Ecclesia Romana nil majus habet in terris ) revertiturque Episcopus ferens super eâ re Apostolicum decretum . Ita cœperunt solenniter natalem celebrare sancti . Acta sunt hæc circa annum Domini 993 . Imo , qui hunc sanctum diem celebrare recusaret , eidem verendum erat , ne ille etiam sicut iste homo juxta Danubium , puniretur . Cum enim cunctus populus suâ spontenatalitium S. Uldarici solenniter celebraret , iste homo præfatus fœnum cum rastellis congregavit in cumulos , diem sanctum spernendo . Qui , cum alterâ die cum plaustris veniret , ut hoc in fœnarium suum duceret , exterius formosum invenit , cum autem bipenni ligno interius tangeret , totum infavillas immutatum vidit , & diem sanctum , quem

quem antea celebrare noluit, postea præ timore contemnere,  
non audebat. Hæc iterum *Surius*, Anno 920, n. XXVII. p. 96.

### §. XVI.

Sed quid fabulosis narrationibus immeror? Dissertatio-  
nis nostræ titulus ipse miraculum quoddam Uldarici expri-  
mit, quod est expulsio glirum Augustâ Vindelicorum. Ita  
enim non tantum communis fama tradit, sed & Achilles P.  
*Gasserus de Lindau in Latino Chronico ad stipulatur, & qui ex eo-*  
*dem sua de promisit, Hartm. Chron. Augst. Germ. P. III 30. Verba*  
hujus hæc sunt: Man glaubet/ daß im Augspurger Gebiet  
durch diesen Ulrich die grossen Mäuse oder Ratten vertrieben  
worden. Wie denn die Mönche daselbst noch auff heutigen  
Tag S. Ulrichs Erden/ denen Ausländischen zu solchem Ge-  
brauch/ die grosse Mäuse damit zuvertreiben / zuschicken.

### §. XVII.

Differuimus de hoc ipso Chronico superius §. II. & quæ  
ibi de ætate dicta, hîc ut repetantur, non erit opus; animadver-  
tendum tamen, autoritatem tantam hujus auctoris aliorumq;  
non esse, quæ nos moveat, ut huic ipsi narrationi mox fidem  
adhibeamus. Verùm de hâc re accuratiùs agendum esse vide-  
tur.

### §. XIX.

Equidem, si Ecclesiam Christi plantandam (voco hanc,  
quæ sub gravissimis persecutionibus ab Apostolorum tempore  
ad Constantinum M. usque duravit) respicias, tum donum  
miraculorum viginisse, nemo est, qui inficias ibit. Nolo ad  
martyria tot illustrium Ecclesiæ confessorum provocare, quo-  
rum constantia certè non sine miraculô visa ab autoribus per-  
hibetur, v. g. Petri & Pauli, de quibus *Tertullianus c. 36, de pra-*

C

script.

script. & Prudent. Hymn. 6. περὶ σεφ. Ignatii bestiis objecti, vid :  
Acta Martyrii Ignat. quæ Usserius in Ignatianâ appendice vulgavit ;  
Polycarpi igne cremati , conf. Euseb. L. IV. H. E. c. 15. ubi hujus  
Martyrii acta in peculiari Epistolâ leguntur ; Clementis R. ancho-  
râ ad collum suspensâ in mare demersi , ut refert autor Martyro-  
logii Rom. ad diem 23. Nov. quippe quid circa singula hæc dubii  
moveri soleat , me non lateat ; nec recensebo Gregorium Neo-  
Cæsariensem Episcopum , à miraculis (referunt hæc Basil. de Sp.  
S. v. 29. Sozom. L. VII. v. 27. & imprimis Nyssenus in vita Gregorii ) quæ  
edidisse perhibetur , Thaumaturgum dictū , nam & non sine pon-  
dere quædam hic objicit Danh. in Christeide p. 879. & Dorscheus in  
Heptade dissertationum dissert. 6. Verum adducam vel solam  
exorcisationem , h. e. potestatem expellendi dæmones , quâ re-  
ligionis Christianæ veritas egregiè confirmata fuit , testibus Justin.  
in Apol. I p. 45. in Dialog. cum Tryphone p. 247. 302. 311. Tertull. in Apolog.  
c. 37. Minutio Felice in Octavio p. 31. Laetantio L. I. c. 12. & L. IV. c. 27.  
aliosq; & hanc olim non tantum à Clericis , sed à quibusvis  
Christianis ex vulgo peractam esse , probat Tertull. c. 23. Apolog.  
& Origen. L. VII. contra Celsum p. 334. Sic fese reshabebat in plan-  
tandâ ecclesiâ . Sed quid de plantatâ , in quâ donum miracu-  
lorum paulatim cessavit ? quid dicam de temporibus Eccle-  
sia per Saracenos & Mahumedanos in Oriente , per Barbaros in  
Occidente infestatæ , quæ durârunt ad seculum usq; XI. ad quæ  
tamen postrema Uldaricus noster referendus est . Superstitio-  
nibus hæc ipsa erant infecta & ceremoniis inutilibus ; inde  
quid mirum , si obscuratâ Evangelii doctrina , in summâ hâc  
barbarie , miraculorum figura orta esse dicamus plurima ?

### §. XIX.

Etenim obstat evidenter , quæ recensent CENTURIA-  
TORES MAGDEBURGICI Cent. VII. En Doctores , Mona-  
chos , Laicosq; donis miraculorum clarissimos ! Joh. Halgasten-  
dis benedicendo mutum curavit , & puellam orando sanavit ;  
& Co-

& Comitis Addi filium mortuum resuscitavit. Agatho papa leprosum osculando sanitati pristinæ restituit. Goar & grotos sanavit, & infantem triduo mortuum resuscitavit. Evaldus albus & Niger, presbyteri ambo in Westphalicâ Villâ Laér, precibus suis fontem de rupe deduxerunt. Eustasius Pharanx virginem cœcitate liberavit. Per Sulpicium Bituricensem Episcopum non minus signa sunt facta, quam per Apostolos: dæmones enim verbo fugavit, & gros oratione curavit, mortuos excitavit! sed & hæc fide laborare, nemo inficiabitur.

§. XX.

Nimirum id ipsum est, quod vel maximè & in Uldarici miraculo expulsionis desideramus, autoritas sc. historica, quæ ab iis vitiis, quæ historiam suspectam faciunt, à Josepho Scaligero in prolegom. Euseb. Chron. ad tria capita, παρογάμα σΦάλματα, & παρεγχειμά redactis, selecta esse debet. Attendamus in historico hoc exertio ipsam auctoritatem historicam! Unde est, quod ea, quæ de Maternô, primo, ut ferunt, Argentineum, Episcopo, ejusque sociis tradunt Viterbiensis in Pantheo P. IV, p. 41. Otto Frisingensis L. III. c. 15. Bebelius in Antiquit. Eccles. Argentor. refutat? Unde, quod quæ de Lazari, Mariæ, Marthæ, Marcellæ & sociorum in Galliis appulsi, eorumque reliquiis in Galliâ servatis tradi solent, Joh. Launojus peculiari dissertacione in dubium vocârit, quicquid & Nat. Alex. Sec. I. dissert. 16. in contrarium dicat? Unde, quod contra Gretserum aliosqne dicentes, Johannem venenum illæsum bibisse, unde cum poculo, ex quo serpens prominet, de pingi solet, B. Thomas. in dissert. de poculo Johannis c. 3. surrexerit? unde est, inquam, quod hæc & similia dum recensentur, rejiciuntur, nisi ex defectu auctoritatis historicæ? Et certe nec Gasseri Lindavicensis Latinum, nec Wolfgang Hartmanni Germanicum Chronicon tantæ penes nos auctoritatis sunt, ut fidem iis adhibeamus, præprimis cum & Sigismundus Religiosus in Chronico, imò, Surius fabulosus alias scriptor, nihil hâc de re memorent. Quid Henschenius & Papebrockius in Actis sanctorum dicturi sint, avidi expectamus.

C 2

§. XXI.

### §. XXI.

Sed demus, Udalricum hoc patrâsse miraculum! Glirium quippe adest defectus, & ejusdem ævo eundem cœpisse perhibetur. Disqviremus tamen de mediis modoque, qvō id fieri potuerit? Incidunthīc, qvæ Dn. Francisci in Staatgarten p. 1025. refert. Tanta in insulis Permudensibus aliquando erat murium colluvies, ita, ut non tantum interrâ speluncas, sed & in arboribus nidos sibi exstruxerint, indeqve nec alimenta tantum hominum, sed & ipsos homines noxia hæcce animalia arroderent. De variis cogitatum t. t. mediis hoc genus murium extripandi; adhibiti & cicures & feri feles: objectum est arsenicum; decipulas & canes in subfidium vocarunt, nec tamen expelli potuere; qvod nam ergo medium fuit, qvo Ulricus noster Augustam liberavit gliribus?

### §. XXII.

Eqvidem seculum Udalrici, teste Baronio ad A. C. 972: immensa impietate obrutum fermè erat, &c, ut Luitprandus L. II. c. 20. scribit, sèpius sacerdotes in congressibus nocturnis sacris gravissima scelera patrârunt. Verum cum Chronicon Luitprandi & reliqua, qvæ Chronicò subjunguntur, supposita esse, & hominis alicuius nugivenduli commenta, ex eruditorum (*ipse Cave in Chartophyl.* eum vocat scriptorem futilem) consensu judicet Maxime Rev. Dn. L. Ittig. in apparatu ad Hist. Eccles. MS. sect. I. tb. 50. adducamus Reginonem, Abbatem Prumiensem, & concilium Nannetense c. 5. Ita a. Regino L. II. Chronicci c. 210. Sacra cœna per superstitionem jam inspectaculum Theatricum commutata tanquam sacrificium provivis & mortuis haberi cœpit. Sacerdotes aquam consecrarent, quam benedictam dixeré; eadem Dæmones abigi, & si ædes, agri, vineæ & pecora istâ conspersa forent, nihil noxi accidere posse, fabulantes. Num idem per medium, Udalricus glires abegisse putandus erit?

### §. XXIII.

### §. XXIII.

Abiisse eodem Locustas, insectorum genus noxiunq; qvibus uti Bohemiam, Silesiam superiorem, Variscum, Thuringiam aliasque provincias graviter afflictas esse nemini non constat, sic cum dolore silesiam inferiorem murium glirium-que copiâ jam affligi exprimur) testis sed domesticus est Majolus Ita ille in diebus Canicul. Colloq. V p. 180. Aphrates, religiosissimus Vir, cum in perside magna Locustarum vis more flammæ, omnes terræ fructus, segetes, plantas & nemora ac prata devastaret, rogabatur à pio qvodam, ut agellum ab hujusmodi clade defenderet, vas aquæ ad ferri jussit, manuque illi impositâ DEUM rogavit, ut elemento suo gratiam impertiretur, absolutisq; precibus, mandavit, ut agelli fines aquâ illâ aspergerentur, qvæ pro imperio sparsa se inex pugnabile atque inviolabile illius agelli monimentum praestitit. Sed & talia Uldarii pietati, inqvâ asserendâ omnes ad unum consentiunt, adversari videntur.

### §. XXIV.

Fortè id factum pii hujus Episcopi pietate & precibus. Perinde enim, uti ad preces Christianorum Marci Aurelii Antonini militibus DEUS placidum imbre, pro sitibundis copiis, & victoriam adversus hostes dedit, Tertull. in *Apologet.* c. 5. & in libro ad *Scapulam* c. 4. Euseb. in *Chron.* ad A. C. 174. & L. V. H. E. c. 5. Orosiu l. 7. c. 15. Eutychiu in *Annal.* T. I. p. 360. Sic, ut proprius ad rem accedamus, & locustas precum vi abiisse, ex Aldrovandi L. IV. Inf p. 169. discimus. Mallemus tali quid dicere de Udalrico, si quid asserendum est. Id enim, qvod naturæ prosus adversum esse videtur, medio præter naturali contigisse credendum est.

### §. XXV.

Sed video, quid objici posset: Uti certis nationibus suæ

C 3

sunt

sunt virtutes, suaqve vitia, pârili modô peculiare qvasi & in naturalibus penes singulas fermè videre est. Anglia lupis caret. Edw. Merret. Pinace rer. natural. Brittanie. ad qvam materiam à Catholicis, qvando Regina Elisabetha Mariam Scottiæ Reginam capite plecti curaverat, hoc Epigrammate allusum fuit:

Anglois vous dites, qu' entre vous  
Un seul Loup vivant, on ne trouve;  
Non, mais vous avez une Louve  
Pire, qu' un million de Loups.

Iisdem Hollandia caret; in Hiberniâ glîres desunt; Yvica, Insula Hispaniæ nullum venenatum animal habet; Pragæ in certo loco, ubi laniatores carnem suam vendunt, nulla musca reperiri dicitur; & si Webero in Curiosit. p. 205. credendum, nec hodie musca in palatio Venetiano, nec in Carinâ, monte Cretæ, reperitur. Quid si ergo & hoc peculiare sit Augustæ? sed qvod adducta attinet, suas habent rationes. Qvod ad Angliam, hoc inde est, qvia (1.) olim Tributi loco ab inferioribus lupi pendendi erant, (2.) pleræque Angliæ partes passim habitantur, sylvasqve adeo magnas non habent, qvô fit, ut lupi locum non reperiant, qvò tutò se recipere possint; de Hollandia eandem rationem valere, putat Beclm. in not. Orb. Civ. c. 5. de Hist. Ins. Yvica salis copia abundat; Pragensi isto loco arte magicâ abidere muscæ; in palatii Venetiani limine, idolum sepultum hæc causari dicitur Bodino in Demon. At glirium defectum donum naturæ Augustæ esse, dum probandum adhuc est, meritò & nos iudicium nostrum hîc suspendimus

---

#### ADDIMENTA.

1. Minus rectè Hieron. Henniges in Tabb. Geneal. citatus §. 6. Dissertationis nostræ, Uldarici obitum ad A. C. 973. refert. 2. Sym-

- & in  
s ca-  
ma-  
Sco-  
allu.  
RUD  
evp  
1511  
1512  
1513  
1514  
1515  
1516  
1517  
1518  
1519  
1520  
1521  
1522  
1523  
1524  
1525  
1526  
1527  
1528  
1529  
1530  
1531  
1532  
1533  
1534  
1535  
1536  
1537  
1538  
1539  
1540  
1541  
1542  
1543  
1544  
1545  
1546  
1547  
1548  
1549  
1550  
1551  
1552  
1553  
1554  
1555  
1556  
1557  
1558  
1559  
1560  
1561  
1562  
1563  
1564  
1565  
1566  
1567  
1568  
1569  
1570  
1571  
1572  
1573  
1574  
1575  
1576  
1577  
1578  
1579  
1580  
1581  
1582  
1583  
1584  
1585  
1586  
1587  
1588  
1589  
1590  
1591  
1592  
1593  
1594  
1595  
1596  
1597  
1598  
1599  
1600  
1601  
1602  
1603  
1604  
1605  
1606  
1607  
1608  
1609  
1610  
1611  
1612  
1613  
1614  
1615  
1616  
1617  
1618  
1619  
1620  
1621  
1622  
1623  
1624  
1625  
1626  
1627  
1628  
1629  
1630  
1631  
1632  
1633  
1634  
1635  
1636  
1637  
1638  
1639  
1640  
1641  
1642  
1643  
1644  
1645  
1646  
1647  
1648  
1649  
1650  
1651  
1652  
1653  
1654  
1655  
1656  
1657  
1658  
1659  
1660  
1661  
1662  
1663  
1664  
1665  
1666  
1667  
1668  
1669  
1670  
1671  
1672  
1673  
1674  
1675  
1676  
1677  
1678  
1679  
1680  
1681  
1682  
1683  
1684  
1685  
1686  
1687  
1688  
1689  
1690  
1691  
1692  
1693  
1694  
1695  
1696  
1697  
1698  
1699  
1700  
1701  
1702  
1703  
1704  
1705  
1706  
1707  
1708  
1709  
1710  
1711  
1712  
1713  
1714  
1715  
1716  
1717  
1718  
1719  
1720  
1721  
1722  
1723  
1724  
1725  
1726  
1727  
1728  
1729  
1730  
1731  
1732  
1733  
1734  
1735  
1736  
1737  
1738  
1739  
1740  
1741  
1742  
1743  
1744  
1745  
1746  
1747  
1748  
1749  
1750  
1751  
1752  
1753  
1754  
1755  
1756  
1757  
1758  
1759  
1760  
1761  
1762  
1763  
1764  
1765  
1766  
1767  
1768  
1769  
1770  
1771  
1772  
1773  
1774  
1775  
1776  
1777  
1778  
1779  
1780  
1781  
1782  
1783  
1784  
1785  
1786  
1787  
1788  
1789  
1790  
1791  
1792  
1793  
1794  
1795  
1796  
1797  
1798  
1799  
1800  
1801  
1802  
1803  
1804  
1805  
1806  
1807  
1808  
1809  
1810  
1811  
1812  
1813  
1814  
1815  
1816  
1817  
1818  
1819  
1820  
1821  
1822  
1823  
1824  
1825  
1826  
1827  
1828  
1829  
1830  
1831  
1832  
1833  
1834  
1835  
1836  
1837  
1838  
1839  
1840  
1841  
1842  
1843  
1844  
1845  
1846  
1847  
1848  
1849  
1850  
1851  
1852  
1853  
1854  
1855  
1856  
1857  
1858  
1859  
1860  
1861  
1862  
1863  
1864  
1865  
1866  
1867  
1868  
1869  
1870  
1871  
1872  
1873  
1874  
1875  
1876  
1877  
1878  
1879  
1880  
1881  
1882  
1883  
1884  
1885  
1886  
1887  
1888  
1889  
1890  
1891  
1892  
1893  
1894  
1895  
1896  
1897  
1898  
1899  
1900  
1901  
1902  
1903  
1904  
1905  
1906  
1907  
1908  
1909  
1910  
1911  
1912  
1913  
1914  
1915  
1916  
1917  
1918  
1919  
1920  
1921  
1922  
1923  
1924  
1925  
1926  
1927  
1928  
1929  
1930  
1931  
1932  
1933  
1934  
1935  
1936  
1937  
1938  
1939  
1940  
1941  
1942  
1943  
1944  
1945  
1946  
1947  
1948  
1949  
1950  
1951  
1952  
1953  
1954  
1955  
1956  
1957  
1958  
1959  
1960  
1961  
1962  
1963  
1964  
1965  
1966  
1967  
1968  
1969  
1970  
1971  
1972  
1973  
1974  
1975  
1976  
1977  
1978  
1979  
1980  
1981  
1982  
1983  
1984  
1985  
1986  
1987  
1988  
1989  
1990  
1991  
1992  
1993  
1994  
1995  
1996  
1997  
1998  
1999  
2000  
2001  
2002  
2003  
2004  
2005  
2006  
2007  
2008  
2009  
2010  
2011  
2012  
2013  
2014  
2015  
2016  
2017  
2018  
2019  
2020  
2021  
2022  
2023  
2024  
2025  
2026  
2027  
2028  
2029  
2030  
2031  
2032  
2033  
2034  
2035  
2036  
2037  
2038  
2039  
2040  
2041  
2042  
2043  
2044  
2045  
2046  
2047  
2048  
2049  
2050  
2051  
2052  
2053  
2054  
2055  
2056  
2057  
2058  
2059  
2060  
2061  
2062  
2063  
2064  
2065  
2066  
2067  
2068  
2069  
2070  
2071  
2072  
2073  
2074  
2075  
2076  
2077  
2078  
2079  
2080  
2081  
2082  
2083  
2084  
2085  
2086  
2087  
2088  
2089  
2090  
2091  
2092  
2093  
2094  
2095  
2096  
2097  
2098  
2099  
20100  
20101  
20102  
20103  
20104  
20105  
20106  
20107  
20108  
20109  
20110  
20111  
20112  
20113  
20114  
20115  
20116  
20117  
20118  
20119  
20120  
20121  
20122  
20123  
20124  
20125  
20126  
20127  
20128  
20129  
20130  
20131  
20132  
20133  
20134  
20135  
20136  
20137  
20138  
20139  
20140  
20141  
20142  
20143  
20144  
20145  
20146  
20147  
20148  
20149  
20150  
20151  
20152  
20153  
20154  
20155  
20156  
20157  
20158  
20159  
20160  
20161  
20162  
20163  
20164  
20165  
20166  
20167  
20168  
20169  
20170  
20171  
20172  
20173  
20174  
20175  
20176  
20177  
20178  
20179  
20180  
20181  
20182  
20183  
20184  
20185  
20186  
20187  
20188  
20189  
20190  
20191  
20192  
20193  
20194  
20195  
20196  
20197  
20198  
20199  
201000  
201001  
201002  
201003  
201004  
201005  
201006  
201007  
201008  
201009  
2010010  
2010011  
2010012  
2010013  
2010014  
2010015  
2010016  
2010017  
2010018  
2010019  
2010020  
2010021  
2010022  
2010023  
2010024  
2010025  
2010026  
2010027  
2010028  
2010029  
2010030  
2010031  
2010032  
2010033  
2010034  
2010035  
2010036  
2010037  
2010038  
2010039  
2010040  
2010041  
2010042  
2010043  
2010044  
2010045  
2010046  
2010047  
2010048  
2010049  
2010050  
2010051  
2010052  
2010053  
2010054  
2010055  
2010056  
2010057  
2010058  
2010059  
2010060  
2010061  
2010062  
2010063  
2010064  
2010065  
2010066  
2010067  
2010068  
2010069  
2010070  
2010071  
2010072  
2010073  
2010074  
2010075  
2010076  
2010077  
2010078  
2010079  
2010080  
2010081  
2010082  
2010083  
2010084  
2010085  
2010086  
2010087  
2010088  
2010089  
2010090  
2010091  
2010092  
2010093  
2010094  
2010095  
2010096  
2010097  
2010098  
2010099  
20100100  
20100101  
20100102  
20100103  
20100104  
20100105  
20100106  
20100107  
20100108  
20100109  
20100110  
20100111  
20100112  
20100113  
20100114  
20100115  
20100116  
20100117  
20100118  
20100119  
20100120  
20100121  
20100122  
20100123  
20100124  
20100125  
20100126  
20100127  
20100128  
20100129  
20100130  
20100131  
20100132  
20100133  
20100134  
20100135  
20100136  
20100137  
20100138  
20100139  
20100140  
20100141  
20100142  
20100143  
20100144  
20100145  
20100146  
20100147  
20100148  
20100149  
20100150  
20100151  
20100152  
20100153  
20100154  
20100155  
20100156  
20100157  
20100158  
20100159  
20100160  
20100161  
20100162  
20100163  
20100164  
20100165  
20100166  
20100167  
20100168  
20100169  
20100170  
20100171  
20100172  
20100173  
20100174  
20100175  
20100176  
20100177  
20100178  
20100179  
20100180  
20100181  
20100182  
20100183  
20100184  
20100185  
20100186  
20100187  
20100188  
20100189  
20100190  
20100191  
20100192  
20100193  
20100194  
20100195  
20100196  
20100197  
20100198  
20100199  
201001999  
2010019999

2. Sympathiam inter virgulam divinatoriam & metallū causis naturalibus adscribendam dixerim.  
3. Institutiones Physicas, quæ Tyroni instar canonis commendari possent, vix extare, forte diffiteri non licet.  
4. Prudentius, Poëta, plus Christianismi, quam artis Poëticæ habere videtur, male propterea à quibusdam in autoritatem allegatus.  
5. Linguæ Sorabicae origines in Ebræâ matre quærere velle, inutile partim, partim impossibile est. Contra Autorē Originum Sorabiarum. Quā tamē de re alibi.

PERSONUERE satis privatas haetenus ædes  
Cura laborque, TUA non sine laude, vigil.  
Publica nunc pariter, hanc dum concendere gestis,  
Pro benè conductô teste cathedra siet!  
Gaudeo mente meâ totus, simul atque COENDO  
Doctô de Natô gratulor ipse PATRI.

*Æstumatisimo suo Domino Gullmanno ob insigne industria  
& eruditionis specimen hisce applaudere voluit*

L. Gottlob Fridericus SELIGMANN /

ad D. Thom. Archi-Diac. & Colleg. Min. P.P.h.t. Præposit.

An Tit. Herrn Johann Balthasar GULLMANN /

Bornehmen Rauff- und Handelsherrn in Augspurg /

Des Herrn Respondenten hochgeehrten Herrn Vater.

G Ezt zeigt der werthe Sohn den angewendten Fleiß

Durch die gelehrte Schrifft. In kurzen soll ER lesen /

Wie Ihm ein Ehren-Kranz davor zu Lohn gewesen /

Denn dieser folgt mit Recht auf jenen sauren Schweiß.

Gott wird ins künftige auch sein Gedeyen geben /

Und Er als Vater soll viel Freude noch erleben.

So omini ret bei des Herrn Sohnes abgelegten Specimine

M. Gottfried LUDOVICI, Præses.

Go

! .

:

QK

Th

4227

**S**o ist es recht gehan / so kan man leicht erlangen  
**D**urch die Helehrsamkeit den edlen Zugend-Ruhm;  
Allsdenn so ist es gut mit Lorbeer-Reisern prangen/  
Wo Zugend sich verspricht zum steten Eigenthum.  
Das weiss Herr Gullmann wohl / drumb denkt Er auch vor  
allen

Alluff Kunst und Wissenschaft / womit Er sich ergoet.  
Und das Sein Ehren-Ruhm zugleich da kan erschallen /  
Allwo Sein Vaterland Ihn nicht geringe schaet,  
Er steslet eine Schrifft von seinen edlen Fleisse

Der grund gelehrtten Welt zum steten Denckmahl dar  
Und Seine Muhi' und Schweiß bringt uns hier an der Pleisse

Die Garben schon hervor in einen halben Jahr.  
Der Schluss ist lobens wehrt ! recht loblich sind die Thaten  
Wo durch sein munterer Geist sich zu erkennen giebt.

Er zeigt / es müsse dem auch endlich wohl gerathen

Der sich bey Tag und Nacht in freyen Künsten übt.  
Drumb will Er mit dem Schus der wohl beredten Jungen  
Alluff diesen Tummel-Platz der Kunst und Klugheit geh'n/  
So sey Er unverzagt / nur frisch auff den gedrungen

Der Ihm in allen will zu heftig wiederstehn!  
Das erste Kleinod ist der Ruhm von unsern Linden /  
Der in der klu gen Welt Ihn weiter macht bekandt,  
Der andre Danck wird sevn / der sich bey uns soll finden  
Ein Krantz von seinem Fleiß/den Er wohl angewahnt.  
Der Höchstemahe nur vom Himmel höchst beglücket  
Den Endzweck/den Er sich gar loblich vorgesetzt/  
Damit durch Seinen Fleiß und Wissenschaft sichs schicket/  
Daz er den festen Fuß im Ehren-Tempel setzt.

So gratulirte dem Herrn Respondenti

die sambtl. Fisch-Compagnie

WDF

MU

Q.K.  
422,  
5.

HISTOR  
S.U.I  
EP  
GLIRI  
M.GODO  
BARUT  
*ad d*  
IN ACA  
BENEDIC  
AUT

